




BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVII 1.659










Double vid LIV. 2. 15. 1711



GRATVLATIONES
IN REDITVM SERE
NISSIMI AC POTEN
TISSIMI PRINCIPIS SI
GISMVNDI III D G PO
LONIAE ET SVECIAE
REGIS MAGNIO LIT
VANIAE DVCIS &c &c
& VICTORIS DE MO
SCHOVIA TRVMPHAN
TIS

A 10.422



Posnania ex
Typographia

Valerio Montelupi de Ma
ri Philosophia studioso
in Colleg: Posna Socie: Iesu:

Ioannis Wol
rabi
A MDCX.



XVII 1659-III

SERENISSIMO
AC INVICTISSIMO MONAR
CHÆ SIGISMUNDO III D. G. POLO
NIÆ ET SVECIÆ REGI MAGNO DVCI
LITVANIAE &c. &c. &c.

Post recuperatam Seueriã expu-
gnatum Smolenscum, numerosis-
simasq; hostiũ copias fusas, fuga-
tas, deletas, victori triumphanti.

SALVTEM ET FELICITATEM.

Difficile est silere cum doleas, verè sanè M.
Tullius affirmavit Sigismunde Rex poten-
tissime: sed non loqui cum lætitiã gestas
multò difficillimum. Equidem si tantum vehemens
affectus præstare potest; vt elinguibus etiam verem
excuiat (quod Cræsi filio atq; Echedi Samio con-
stat accidisse) in tam inuisitato omnium gaudio, quod

mutis penè, ac ipsis saxis sermonem queat extrudere, ego silentium mihi indicam? Neq; vereor, ne aliquis me iuuenili temeritate ductum iudicet, qui tibi inuisète Rex opus leuidense, & ob, meam mediocritatem exile, sola argumenti bonitate, quod in tuis virtutibus prædicandis infantissimo alioqui nunquam defutura sit oratio, laudabile obrudam. Non certè fiducia aut virium mearum, aut quòd aliquo loco sim apud te Rex maxime id accidit: verùm quoniam in parentem meum ac vniuersum penè nomen nostrum singularis semper quædam tua beneuolentia exitit. Nam (vt cætera taceam) iura nobilitatis nostræ, ab aliquot Poloniae Regibus olim familiæ Montelupiorum cõmunicata, tu autoritate regia rata esse voluisti, eaq; decretis tuis sanxisti, ac gentem nostram, ad eum quo conspicua est splendorem euexisti, quin eximia gratia, atq; egregia munificentia, supra spem & vota pro sapiam nostram ornasti. Quare magnitudo beneficiorum a me exigebat, ne in communi omnium ob tuam singularem felicitatem, & virtutem lætitiâ ego

tace

tacerem. Boni certè audaciam meam consules Sigismunde Rex, quod vltro mihi partes sumpserim tibi solutis & constrictioribus numeris gratulandi. Neq; enim mihi temperare potui, quin erumpentis & se efferentis lætitiæ meæ significationem aliquam apud tuam celsitudinem darem, tibiq; gaudens ac plaudens occurrerem. Cuius gaudij symbola, in manu, in calamo, & chartis proderè volui, non quòd triumphū tuum splendidissimum illustrare in animo haberē (quis enim Soli lumen commodare velit) sed ne in tanta omnium lætitiā vnus omnino feriatus viderer. Grandius quidem & exquisitius molimen descriptio laudum tuarum postulat, quàm in efformanda quon dam Alexandri imagine requirebatur artificum industria; tamen cum hanc quantulamcunq; operam singularis in te obseruantia suscipere imperauit, accipies (vt spero) pro tuâ insitâ animo clementiâ Rex maxime hoc meum de te bene merēdi studium, Etsi enim in re tam graui ieiunitatis meæ non nescius, non sum assecutus quod volui, vt assequerer tamen laudi mihi erit con-

ren-

tendisse. Tanta videlicet rerum a te toto hoc bien-
nio præclarè gestarum magnitudo est, quantam nulla
Oratorum facundia, Poetarumq; in scribendo copia
dignè complecti possint. Floret tui decoris gloria,
florebitq; semper victor fortunatissime, quamuis de-
inceps Rhetorum xysti, Poetarumq; officinæ conti-
cescerent, vt proinde pennato curru Palladis minimè
indigeas, quo triumphi tui in altum euehantur, atq;
egregia tua facinora posteritatis memoriæ commen-
data æuo perenni donentur. At enim licet ita se hæc
habèant futurum confido, vt labor hic meus Apolli-
naris, vades obsequiorum meorum fauentes oculos
tuæ amplitudinis mereatur, quandoquidem & bo-
narum artium studia, & eos qui tuæ laudi student,
cordi esse nemo ambigit. Neq; enim alia tibi mens
quam Cæsari Augusto, qui dum Memphiticas vrbes,
& regna Canopi victor lustraret, non adeò ad Pha-
ron turrim sumptuosissimam, ad Mausolæa Regum
opulentissima, ad Serapidis templa amplissima, atq; ad
cætera orbis miracula inspicienda animum adiecit,
quàm

quàm ad Lycaea Musarum, in quibus viros doctrinâ
præstantes demirari, eorumq; scripta dictauè captare
consueuerat. Quamobrem cum Augustum Cæsarem
clementiâ, & rerū gestarum gloriâ exæques, abstrahe
illius exemplo paululum a grauioribus occupationib⁹
animum, ac breuem laudum tuarum in hoc opuscu-
lo contextum pellege, & post luculentiores aliorum
gratulationes, quas non noster hic modò Sarmaticus
orbis, verùm & vniuersæ Europæ nationes ad te mi-
serunt, ad hanc quæ tuo Augusto inscripta est no-
mini, post curas graues mentem paulispèr traduc.
Vale flore q; Regum felicissime.

ORATIO.

E tot tantisque victorijs, quibus te regnante, & fines longè lateque protulisse, & se ab hostibus innumeralibus vindicasse Poloniam videmus, Monarcha felicissime, Sigismunde Rex inclyte, hanc quam Smolensco armis recuperato, maximisque hostium copijs profligatis reportasti, Republicæ in primis Polonæ: deinde bonis omnibus optatissimam, & gratissimam exiisse confiteamur necesse est. Cum enim omnes secundæ res; tum ex quibus de fortunis, imperio, dignitate, gloriaque dimicatur, si è voto sit debellatum, hostisque superbissimus de se illustrem victoriam præbuerit, ad communem lætitiã maximè valent. Maximum quippe fructum cepit Respublica Polona capto Smolensco, & uniuersa expeditione tuã, atque commoratione Moschouiticã: fructum, inquam, multiplicem, & regni ampliati, quod per proditores maiorum nostrorum memoria angustius aliquanto factum fuerat, ea portione, qua Ducatus Severiensis continetur, in Moschi ditionem transeunte, & antiqui dedecoris è nomine gentis huius sublato, quod tam impune tot annis ademptam partem imperij nostri iniuriã tyrannus possideret: denique nouæ gloriæ, quæ maioris semen quoddam est, & principium: & veteris atque auitæ qua civibus, qua exteris documentum. Quantum esset detrimentum passa Respublica portione illius alienatione, testis perpetua omnium ordinum tristitia, testes desideria, ac vota optantium, ut aliquando postliminio reuerteretur ad regnum Poloniæ; seu vltro cedente Moscho; quod nunquam sperandum videbatur: seu vi & armis coacto, quod etiam difficillimum esse bellicosissimus

simus

limus princeps re ipsa expertus est Stephanus Batoreus: qui summo conatu in hoc incubuerat, vt regno suo prouinciam illam vindicaret: & fortasse perfecisset, nisi Deus eam gloriam tibi Rex Sigismunde reseruasset. Quod si ille apud ciues eius regni maximam iniuit gratiam, quamuis quod voluit, vt voluit, & expediebat non perfecisset: quantā apud eorundem posteros in eas necesse est victor fortunatissime, qui caput eius belli confeceris, & maiorum victoriarum initium attuleris. Scio regem Persarum quempiam, ob vnus horæ vtilitatem, quam ex umbra platani elegantis cepisset, eam torquibus & monilibus exornasse: additis & custodibus ne illa ornamenta a quoquam detraherentur: eam vero vtilitatem perpetuam, modò non obstant Superi, patriæ nostræ, tuis sudoribus atque periculis præstitam, quibus nos rex fortissime ornamentis, quibus gemmis, atq; margaritis compensabimus? Iam nomen tuum auspiciatissimum per vniuersum regnum celebratur, & celebrabitur porò, quàm diu grati animi in regni huius ciuibus semina aliqua, & fibræ extabunt. Nec imperij tui modò finibus, sed vniuersi huius amplitudini clarum erit. Scient illud vicini Sclaui, Bohemi, Germani; scient remotiores Itali, Belge, Hispani: sciet Gallia, Persis, & non sat firmo fædere amica Turcia. Deniq; orbis vniuersus sciet, & admirabitur, & prædicabit regem Sigismundum Tertium, quo suis olim à maiorib⁹ amissum Ducatum restitueret, non Duces suos, sed ipsum in expeditionem profectum esse, ac tam diu labores Martios tolerasse, donec vi munitionem hostilem, tantum non inexpugnabile irumperet. Atq; hinc non ideo tam diu penas à tyranno repetitas nō esse; quòd non inesset pectorib⁹ Lechicis animus & spiritus Martius, omnes iudicabunt: sed quod partim alia negotia alio auocarent principes ipsorum, ne hoc aut aggredierentur, aut post-

B

quam

quam aggressi essent perficerent : partim quòd cum iam tantil-
lum abesset victoria à Polonorum partibus, repente inducijs res
transigi debuit, diuinitus, vt dixite Sigismunde rex ea gloria
appetente. Cuius profectò ex hoc tam præclaro facinore quan-
tum augmentum sit, quantaq; facta accessio, & si nec dum vsu
rerum ob ætatem polleo : tamen peruideo ita hoc gloriosum esse
Polonis : quam si noua aut tota in manus nostras vltro venisset
Moschouia, aut hæc ipsa mox ad primum aduentum Polonorum
sub iugum tuum isset, atq; imperia se facturam spondifict. Fe-
licitatis eximiaz illud fuisset, si more gentis in verba tua solenni iu-
ramento adacti Moschi crucem exosculati fuissent, nullo ad id vi-
tæ fortunarumq; suarum discrimine adducti: verum multò hone-
stius vi, & armis animos peruelles edomuisse, fregisse contuma-
ciam, perripisse munitiones, in arcem inuasisse, principes teme-
ritatis ac improbitatis (quanquam hic quoque elementissimus
fuisisti) in potestatem redactos multauisse. hoc scilicet honestius
& ad omnium seculorum memoriam gloriosius exitit. Memini
Alexandrum Macedonem diu multumq; laborasse non cum Ty-
rijs tantum : at secum etiam, & cum desperatione, cum Tyrum
expugnaret : sed ausim dicere, quantò superior fuerat apparatu
in eam rem idoneo, tantò inferiorem esse tuâ victoriâ. Vt enim
relinquam quod caput est causæ æquitatem, quæ ibi nulla erat :
hæc autem summa, illi pax domi, tibi ab infidis vicinis, atque ex-
teris hostibus suspecta cuncta : illi non magis propriæ quam alic-
næ vitæ contemptio adfuit, tibi verò cura seruandorum ciuium, &
signa tua secutorum maior dixerim quàm vitæ propriæ. Quid?
quod non eadem nunc ratio armorum est, nec tam facilis ad mu-
ros aditus, quippe vbi & magno interuallo consistere periculo-
sum : nec vnus, sed multorum vno tonitru erumpente salus de-
plorata

plorata: illic vnus ciuitatis opes quantumuis amplæ, vnus ta-
men: at hęc regnum vastissimum oppugnandum, & sustinen-
dum erat. Et vt summatim omnia complectar tanta erant
hęc impedimenta: vt ea perumpere non humanis opus viri-
bus, sed diuiniõibus quibusdam videretur. Impedimenta di-
co ab hoste insidiosissimo & potentissimo, quæ nisi tua, rex sa-
pientissime, prudentia, fortitudo, æquitas animi, amolita fuisset,
non iniuria Duces tui & primipili victoriam desperassent. Quan-
ta illa errant & quot, cum quibus tibi depugnandum erat? loco-
rum, vt pote in terra hostili magna iniquitas temporum, quip-
pe cælo frigidissimo summa iniuria: hostium armis suis fidenti-
um improba temeritas, temeraria irrisio, & amara conuiciõũ,
sed horribilior telorum fulminatio: vt cætera de hoc genere nõ
commemorem: omnia ista erant in te vnum coniecta: tuis ar-
mis, tuis humeris, tuã fortitudine, sapientiã, consilio: te ipso Rex
fortissime, opus erat ad ea frangenda, & expugnanda. Nemine
alio ductore biennalem illum dicam carcerem Lechici alacres
spiritus tollerassent, nisi te omnia paratum experiri prius vide-
rent, quã obsidionem soluere. Mirabile tibi certamen erat, &
multiplex, vt eodem tempore, ancipiti distraherere conflictu, hinc
tela inimica, inde inconsulta domestica consilia, orantium abi-
res è castris, quò minore dedecore si quid accidisset, te absente
spes potiundæ arcis deperiret, & ultores tergis nostrorum haren-
tes in horas expectaremus. Itaque ibi simul inclementiam cæli
sustinuisti, squallorem ob loci incommoditatem passus es: vici-
sti asperas hñemes: malã valetudinẽ conflictatus non succubui-
sti: sæpius irritõ nisi aggressus rem, non despondisti animum,
tuorum merum spreuisti: addidisti quasi quasdam faces in pe-
ctora, vt denique obfirmarent ipsi quoque animos ad ea omnia

perpetiunda, quæ tu tantâ alacritate patereris. Vicisti castra tua prius, vt hostilia expugnares: & exigua iacturâ ciuium, virtute regiâ, ducente Deo, felici auspicio iuisti ad tantam irruptionem muro effracto, vrbis & hostium positus es. Et erit aliquis è tuis ciuibus rex felicissime, qui hæc victoriâ auditâ dubitare possit, quantum tu Reipublicæ huic præstiteris: cum exteras nationes quoque credibile sit admirari, te tantillis copijs tantas munitiones nullo prope tuorum detrimento, addo tantâ celeritate expugnare potuisse? Sat citò si sat benè, & non vsque adedò diuturna hæc obsidio vnus et dimidij anni: cum nostro quoque tuo fortissimis ac bellicosissimis, pariterq; instructissimis Hispanis singulas ciuitates singulis aut pluribus annis obsidere necesse fuerit. Verum tamen tantò gratior est victoria: quanto magis pro eâ certatum est: quanto & plures eam frustra comprehendere laborarunt, & cum spe vninersæ Moschouix capiendæ accidit. Equidem Sigismundus I, quo regnante Smolenscum prodicione Moschus occupauit, annis abhinc 97. circiter, tentauit si quo modo recuperaret amissa: sed nil præter sanguinè hostium quo à nostris cæsi abunde vastitates illas corporum insudère, lucrari potuit. Stephanus quoq; barbarum principem conatus adoriri, signis Polonorum in ipsius regnum vltro illatis, vt nostra restitueret: sed cum iam res prope in exitu esset, alij flauère venti, vt necessariò tum ob reuerentiam Summi Pontificis Gregorij XIII. qui se interposuerat, tum ob spem maioris boni publici nullo præiudicio commodi huius regni, prius ad portum redeundum esset, quàm destinatam prædam attigisset. Porro cum rem tantam, quantam sapientissimi & bellicosissimi reges totis viribus conati frustra fuerint, minimo sanguine militum, mini-

mo

mo periculo atq; iacturâ exiguâ pecuniarum iam affecutus sis :
 Rex felicissime, nostrum erit omnium deinceps qui ciues tui su-
 mus cogitare: qua te veneratione colere, quibus grati animi obse-
 quis, priuatim ac publicè demereri debeamus. Tuæ liquidem
 virtutes regiæ, quibus tot annis regno huic te laudabilem præsti-
 tisti: clementia, iustitia, modestia, sapientia, liberalitas, fortitu-
 do, omnia summa: hæc inquam virtutes tuæ, & aliæ longè plures
 quibus te domi in pace, foris in bello, in rebus turbulentis, & se-
 cundis cōmendasti vniuersis, sed amor maximè in patriam, ita
 meretur, vt te nusquam ex ore, ex oculis, ex animis & pectoribus
 nostris dimittamus: & posteris nostris quàm commendatissimū,
 ac prædicandum transmittamus. Hoc agere nos par est, si glo-
 riæ nostræ fauere volumus, quæ iam pennis præpetibus regum
 omnium, ac principum, inimicorum quoq; Polono nomini sum-
 mo horum dolore, summâ illorum voluptate aures peruagata im-
 pleuit & regna. Si enim quemadmodum patriæ: ita & gloriæ
 inter ciues ac reges communicatio est: non exiguum nobis qua-
 si auctarium celebritatis, & splendoris fortitudo inuicta Serenis-
 simi Regis nostri addidit, quo apud omnes exultemus, sicut &
 exultant qui inter externos degunt: qui vt sciant nos non esse cer-
 uos in acie, tamen id quoq; sciunt nisi leone duce non posse vin-
 cere. Magna nobis causa lætitiæ, magna gaudij materia, re-
 ge saluo, & incolumi recepto: quem agrè à se dimisit patria, &
 identidem absentem desiderabat: at verò longè maxima tantis
 ornato laudibus, tantis in Rempublicam facundo meritis: tan-
 tâ laboribus eius ad vectigalia, ad pacem, ad gloriam, adq; eo-
 rum omnium subsidia & ornamenta accessione factâ.



PANE.

PANEGYRICA.
VESTIS TRIUMPHALIS
DESCRIPTIO.

P Hæbe, recurrenti qui voluis sæcula motu;
Prome diem meliore coma, vultuq; nitente
Insolito totum collustra lumine mundum.
Fauftior annus eat, lætiq; ex ordine menses
Prospera felici sumant exordia cursu.
Cælicolæ pleno accumulante iam nostra fauore
Gaudia, successusq; novos successibus addunt,
Cum Sismundus adest, aderat qui mentibus olim,
Spe maior, famâ melior, complectere dextram,
Sub iuga quæ victos hostes tua Sarmata misit.
Hic ille est rigidis felix bellator in armis,
Defensor patriæ, Regum præclarior ausis,
Quos verus excelsis attollit gloria rebus.
Moschiadûm populatus agros, & pulvere Martis
Respergi, & grauibus solitus non cedere nimbis.

Quin

Quin etiam tolerare æstum, Boreæq; furentis
Ferre minas, vigil in somnes producere noctes,
Arctoas durare hijemes, dulciq; subire
Pro patriâ est ausus sexcenta pericula mortis.
O quascunq; potes deprome Polonia laudes,
Quanta tuisq; disertiloquæ facundia linguæ
Ingenijs pollet, victorem personet ore.
Sarmata quòd flores, quòd totum peruolat orbem
Fama tuæ virtutis, habes quod numine amico,
Per tot detinuit quæ Moschus lustra superbus.
(Longum cuncta loqui) Sismundi vendicat omne
Id sibi cura grauis, labor Herculeusq; Monarchæ,
O felix seruata vocat quem Lechia patrem,
O patriæ communis amor, Sismunde, subacta
Quem positis Regem veneratur Moschia telis.
Cernis vt vnanimi te Sarmatis ora saluter
Consensu? quantus consurgat in æthera clamor?
Et quantum lætetur eques, plaudatq; senator?
Vna velut te Rex cunctis in mænibus Echo
Intonat, insolito replentur compita plausu.

Quin

Quin & victrices edunt noua signa cohortes
Lætitia, dum partitis hinc inde cateruis,
In varios docto discurrant ordine gyros,
Victoriq; cateruatim præana canentes,
Festiuo ingeminant resonantia gaudia cantu.
Agmine tu medio procerum incedente caterua,
Spumanti portaris equo, quem plurimus auri
Ambit honos, ornant & sericae phippia tergam.
Ipse Æthon equitem cum te conspexit ab astris,
Rex Sismunde, tuo voluit parere lupato.
Nam velut Oceani cum sol caput extulit vndis
Resplendes Moschum victor, patriæq; lucerna,
Oris honore grauis, celsi emicat indice vultu
Maiestas animi, & toto de corpore virtus.
Quisq; cui vultus studet inspectare decorem,
Siue humili fuerit plebis de stirpe profectus;
Seu vetus excelso deducat stemmate nomen.
Plurima se obijcient tanto spectanda triumpho:
Nempe catenatâ Moschi ceruice gerentes
Vincula, & exuuiæ prostrato ex hoste relatæ;

Sed

Sed magis in te vno præstabit figere visum.
Namq; triumphalis magnum tibi vestis honorem
Addet, quam varijs docta exornando figuris
Artificum pinxit manus, ac mirabile textum
Efformauit acu, pretiosaq; fila smaragdis
Duxit, & acta Ducum, pugnataq; in ordine bella
Effinxit, partos quin te regnante triumphos,
Lydia textilibus formis variauit Arachne.
Primùm acies binas contra se stare, duosq;
Fæmina depinxit Reges discorde senatu
Pro regni oblatâ secum certare coronâ,
Austriaco tamen hanc optanti Astra negauit,
Sed Sismunde tibi Superùm dedit illa fauore.
Nec procul hinc vires Orientis, & agmina secum
Berlebeccus agit spissis horrentia telis,
Cuius in aduentu dubijs Moldauia rebus
Territa, Sismundo fortes à Rege manûplos
Deposcit; sauo qui se tueantur ab hoste.
At postquam inuictas persensit Turca phalanges
Lechiadùm aduentare, retro fugientia vertit.

Victoria
Serenis.
Regis Si
gism: III
numeran
tur

Ia & II.
victoria.

Turca-
rum in-
gens e-
xercitus
terrore
Poloni
nominis
e Vala-
chia pro-
fugit

C

Signa

Tartarorum multa, millia Duce Zamoisicio fugantur.

Hungarorum alia quot millia profugantur, & Dux eorum Rozuan in palum aigitur

Recensentur arces & vrbes recuperatae a Principis Sigism: III Regis

Insignis etades Sudermancorum ad Kirchfolmum in qua

15900. ezsa sunt e Caroli Suder: exercitu. Duce Chorkie. meo

Signa, nec ausus erat dubio se credere Marti
Quin etiam Sario Duce agemata multa Scytharū
Maestantur ferro, vastos dispersa per agros,
Stagnat ab effuso tellus repleta cruore.
Ponè hæc Pannonias fulgenti veste cohortes
Armis Lechiadūm victas, vnaq; videres
Illic Rozuanum (Valachis hoc nempe Stratego
Visillata fuit) transfixumst ipite obusto:
Ille vomnes calidum rupto de pectore flumen
Largifluo totum respersit sanguine lignum.
Parte aliâ effictas arces, vrbesq; tueri
Fas erit, infestis quas Chotkicuius armis,
Atq; potens bello Suecis Zamoisicūs ademit,
Felinum, lapidisq; albi de nomine dictam
Vrbem, Kyrholmum, Dinemundamq; prealtam,
Et Kokenhausum, Derpatum, Volmariamq;
Pernauiamq; simul, Vendam, Reulumq;, Rigamq;.
Has circa Sueconum numero licet agmina plura
Milicis inuictâ occumbunt virtute Poloni.
Nil dolus hostilis, nil flumina, nilq; paludes

Ob.

Obstant cænosæ, demissa cadauera letho,
 Vorticibus lentis insistere flumina cogunt,
 Discutitur vis vi, nec quamuis sæpè rebellis
 Contrahat in bellum peditumq̃, equitūq̃; cateruas
 Carolus, innatâ quidquam virtute remittunt
 Lechiadę, toties versis referuntur habenis
 Hostes depulsi, victrix Astręa triumphat.
 Sæpius hos inter fugit indignatus ad æquor
 Ipse Sudermanus, pleno sub pectore fluctus
 Irarum voluens, quòd semper victus arenâ
 Cedat, quodq̃; suos nunquam fortuna secundet
 Ausus, dum contra Regem mouet arma Polonum.
 Nec longo hinc spatio ductu triculęta Michaîli
 Gens fidei Græcæ, Diuosq̃; hominesq̃; lacessit,
 Cui se Lechiadūm opponit delecta iuuentus,
 Fidere quæ pedibus non sueta fugacibus, hosti
 Nunquam (sit quamuis numerosus) cedere nouit.
 Nec deerat virtus illi certamine tanto;
 Nam genti Sismunde tuæ victoria cessit.
 Non sic terrori est ouibus fera turba leonum;

M. l. r. e.
 simul v. i.
 etoriz de
 Suecis
 hic refe-
 runtur.

Numero
 sus Mi-
 chaelis e
 xercitus
 Duce Za-
 moscio a
 Polonis
 profliga-
 uit.

50000.
militum
eduxerat
in aciem
Michael

Millia ceu fuerant ter quinq; Polona tyranno,

Præstantes quinquaginta simul ère ceteruas

Ille licet strictis concurrere iusserit armis.

Magno tum laudis Mars inflammabat amore

Lechiadas, pugnae cupidi dum præpete cursu

Per valles, per aquas, per dumosa inuia syluæ

Currebant, ô quot prostrata ferocibus armis,

Cernere erat campis vincente cadauera Lecho.

Quippe velut segetem medio falx demetit æstu:

Obuia sic miles Regis stricto ense secabat.

Hæc inter Michael soluit pro crimine pænas:

Nam cum Lechiaci ambiuit moderamina sceptri

Flectere, lethifera dissectus membra bipenni est.

Hic Naleuaiconem quo non immanior alter

Prædo fuit, multis præstans cum milibus heros

Inuictis circumcinxit Zolkieuius armis.

Nec sufferre diu potuit vim oppressa Strategii

Colluuias, nam (sic Polemarcho urgente) necados

Cum Duce primores bis sex ex agmine toto

Tradiderat Lechis certamen inire paratis.

Naleua
ico cum
fortissi-
mo exer-
citu Kb
facorum
supera-
tur Du-
ce Zol-
kie. 10.

In

In mediâ fuerat Sismundus cyclade pictus,
Hunc indignanti similem, similemq; minanti
Aspiceres; quòd adhuc arcem retinere Smolenscū
Auderet Moschus, quam cæpit fraudibus olim.
Sed cum verba Notis toties iactata darentur;
Ad vim Lechiacæ seram venêre cohortes.
Hostibus exitium struitur, tot vbiq; Meandri,
Et Labirinthæi fiunt tellure recessus
Egestâ, vnde queat temerari firma cunîclis
Ars tacitis, consurgit opus, nec segniùs instant
Hoplomachi Regis, postquam quassata globorū
Ictibus assiduis aditum præbere videntur
Mænia, sed stantes obstant in turribus altis
Ultima quæq; hostes tolerare pericla parati.
Quin etiam in paucos ter millia dena Polonos
Moschorum Suiski ducit, quibus agmina iunxit
Non rapta à stiuis, sed viuida pectora bello,
Germanos, Batauosq; Niderlandosq; feroces,
Qui demptis Moschis numero maiore phalanges
Vincebant Regis, verùm non robore & armis.

Ergo

Obside
sur Smo
lenscum.

Nobilis
victoria
Polono-
rum de
Moschis

46000.

varix na

tionis ml
litum Du
ce Zel
kieuo in
Moscho.
uia ma
gno pra
lio vin
cuntur.

Ergo inter sese magnâ vi praelia miscere,
Pars gladios stringunt, pars longò hastilia ferro
Pectoribus condunt morientûm, ferreus imber
Proruit in terram, cælum subtexitur vmbra,
Horrescit seges hastarum, frameisq; coruscis
Terra renidescit, tot vtrinq; cadauera passim
Sternuntur dubio euentu, mixtiq; virorum
Corporibus voluuntur equi, pugna aspera surgit,
Principio externus virtuti fortiter obstat
Lechia dùm miles, dum hastis miro ordine contos
Obijcit, & longos frameis breuioribus enses.
Scilicet hostica gens cedi quàm cedere mauult.
Quatuor ancipiti pugnatum est Marte per horas.
Nam ceu discordes alternis fluctibus vndam,
Concutiunt ventiluctamine & æquora turbant:
Non secus hostiles acies, aciesq; Polonæ,
Concurrunt, hæret pede pes, densusq; viro vir,
Donec Sarmaticus perfregit acinae miles
Contorum sylvam. demum fugientia vertunt
Terga hostes, queis Suiski Dux adiungitur ipse

Et

Et Pontus, (Sueonum assuetus ductare cohortes.)
Infelix qui ter captus, totiesq; solutus
Vinælis, sic Sismunde tibi benefacta rependit,
Ergo cateruatim simul è certamine Moschi
Proripiunt sese, victoria clarior vnquam
Vix fuit hac Lechis, post victū Marte Michailū.
Hic & Troiæ instar fumantia recta videre
Moschorum dabitur, ruit alto à culmine diues
Vrbs cum flamma volat, manibusq; volatile ferrū
Spargitur, immissusq; furit Vulcanus in arcem.
Atq; hinc in medijs dant pænas ignibus hostes
Perfidia, varijs distracti pectora curis.
Lymphatis multi similes restinguere flammās
Vltrices tentant, alijs furor arma ministrat
Contra victores, sed nūl rationis in armis.
Diffusus velut latebroso flumine torrens
Vastat agros, vastat sylvas, hominumq; labores:
Ignea tempestas ita totam proterit urbem.
Inuictus gressum nam fert quacunq; Polonus,
Fulminis in morem prosternit densa virorum

Metros
polis Mo
schouit
exurit

Cædes
perfidio-
rum ho-
stium!

Agmi-

Agmina, sanguinei quorum de corpore manant
Riui, grande nefas cladem hanc inuexit in hostes.
Hic quoq; dum Phēbe nigricantibus humida bigis
Noctiuago celsum curru pulsabat Olympum.
Cernitur armifonas Rex ipse armare phalanges,
Et tacito gressu armatos submittere in arcem
Lechiadas, illi incumbunt, præsentia Regis
Virget Sismundi, pars forti menibus altis
Apponit scalas ausu, pars altera vallum
Perrumpit, concussa aditum olim namq; dederunt
Mania, pars demum portis hostilibus instat.
Arx capitur tandem per amica silentia lunæ,
Incaſſum Moſchi certant defendere muros,
Fit via vi, rabidoſq; furor deſcendit in hostes,
Sarmata confertos quoscuq; in prælia vidit
Elatebris prodire ſuis, inuectus in arcem
Victor equo donec cædi Rex parcere iuſſit.
Extrahitur tenebris ſacro decoratus amictu
Sergius antiſtes trepidantia pallidus ora,
Quem poſt ante pedes Regis procūbit humi trux

Sci-

Oppu-
gnatur
ultimo
arx Sino
tanſcen-

Expu-
gnatur
tanſcen-

Sêmus, adhuc oculis emittens penê furorem.
Hunc iuxta Corsacus erat, maturior annis,
Munere at inferior belli pacisq; Seino.
Talia per chlamydem Regis monochromate pulchro
Artificum manus expressit, Babylonide in ora.
Hæc Sismunde tuæ laudis monumenta fuerunt.
Interea victor multis exercite curis,
Quæsitæ tandem corpus concede quieti,
Lechia Nestoræ ætatis tibi scêla precatur,
Plena lacescito redijt vindicta Polono,
Nec tibi iam quidquã vltèrius, Sismunde, relictum est,
Quò virtus animo crescat, vel splendor honoris.
Virtutem terris æquasti, nomen Olympo,
Omnia debellas armis, nullusq; capessit
Arma tuas hostis cõtra vnquã impune phalangës,
Mosch⁹ id, & Valachus, Scythæ, Succus, Turca potèsq;
Agnoscit, quamuis simul et mirâ arte timorem.
In tua millenas aprat præconia voces
Iam gens, inuictis Christo quæ militat armis.
Accumulant Lithauî laudes, quòd rura tyranno.

D

Libe-

Libera possideant, nil iam fatale timentes.
Neglectosq; iterum subigant in cote ligones.
Iam te Rege vetus Lechi efflorescere regnum
Incipit, & magno firmari robore belli,
Et quæ sub primis amisit Regibus olim
Lechia, tu rursus gentis sub iura Polonæ
Restituis, patriamq; nouis ditionibus auges.
Te Superi cingunt semper concordibus vnum,
Auxilijs, ô Rex, dum vis inimica labascit,
Insidiæq; patent, fraudes reteguntur, in ipsos
Atq; hostes recidit tibi quam struxere ruinam.
Ne fidei antiquæ vindex, iustissime legum
Arbiter, optatæ pacis fidissime custos,
Optime ductorum ductor, fortissime Regum,
Post tot ab hoste reportatos, Sismunde, triumphos,
Ibis in annales & transmittêris in æuum.

Re

TALIA

TALIA
VICTORI DEBENTVR
PRÆMIA HONORIS.

Huc lumina flecte prius

Sicum illud est, rem alterius iniquè rapere, vir-
tuti laudem qui negat. Hæc vt tibi, Sigismunde
Rex integra maneat semper, palàm, liberè, ingenuè,
animo, scriptusq; attestor. Ire siquidem in laudes tu-
as gloriosum est, parca recognoscere decora, iucun-
dum. Ornauit suos Cæsares, & Alexandros vitæ qui-
dem prodiga, ac auara laudis antiquitas, tu horum
instar es, inclyte Rex, tuæ Poloniae. Nec se (ceu spe-
ro) post tot victorias vlla nubes inuidiæ supra maie-
statè tuam expandet ampliùs, cū tantus ardor animo-
rū tibi patriæq; benè volentiū materiæm cosūpturus
cernitur. Porro cum secūde fortunæ simulq; aduersæ
flat⁹ perferre scias, hos tibi arcus cum triumphalibus
colossis pono, a quib⁹ vtriusq; sortis iacula demū rerū-
dantur, quiq; tuæ virtutis extēt monumentū perēne.

PORTA
TRIVMPHALIS.
PROCEDE, PROSPERE, ET REGNA.

Ingreditor Craci victor trabeate penates;

Te veniente sonet plausus io, ter io,
Victricem palmam victor ab hoste refers,
Dicat io populus letus io, ter io.

Ditibus exuuijs
Bellona
Faustas

Praecat ceterua
Victoris axes
Bello subacta,
Delectus omni
Ex classe ciuis
Reboet tremendo
Sclopeto, & ara
Tonent Quirini
Vomentia ignem,
Creberq; in auras
Prorumpat ardor

Inuide Martis Atlas
Column, salus, Asylū
Pietatis, hoc honore
Virt^o te inaugurauit,
Sismūde Rex, togaq;
Bellā clariorē.



Martis alumna rotas
Venustet
Regis.

Paena miles
Latum triumphās
Canat, reuinctus
Victrice lauro
Tempora, graduq;
Lentum coruscis
Onustus armis
Ferat. plicentur
Vexilla in orbem,
Lituū & canore
Tremiscat aether.

Procede gloriosus
Ex hostium trophaeis.
Fauent tuis beati
Sceptris poli Quirites,
Ipsūq; numen ausus,
Secundat vniuersos

Sigismundo III. D. G. Regi P. & Sueciae M. D. L. &c. &c. &c. Mo-
scouiaq; domitori patriae ampliatori, triumphanti ex hostibus Metro-
polis Poloniae GRACOVIA arcum triumphis dignum dicant

ARCUS TRIUMPHALIS.

Nitentis auri
 Ramenta sumptuoso
 Non mihi censu sternere fas est,
 Nec ophitinas qua victor ibis splendidus
 Curru triumphali columnas ponere.
 Vanus hic est labor & populo venalis inerci.

Me Phæbo, Mulsisq; sacrarum. Ingēs panditur arca
 Barbato iuuat tuas Nam Phæbeus ausis
 Pangere laudes, Ad faciles modos
 Atq; triumphum, VLTRA ANNIS O Tendere plectra
 Quæ pie princeps LIS VIAS. Fas mihi per te
 Hoste reportas. Victor erit Rex.

Præmitte genus
 Decus Polonæ
 Simulæ, Moichis
 Victis triumphas.
 Iam nunc volantum
 Aus suprema
 Quæ tollis alas
 Propinqua lune,
 Qua sol resurgit
 Caditq; nomen
 Victoris effert.
 Noscat Bismus.
 Et ora Thulis.
 Trophæa, Regis
 Opus est Poloniæ.



Hic Dædalæis
 In astra pennis
 Vetus, per omnes
 Extender oras
 Famam, togæq;
 Sagorq; clarus.
 Pennata virtus
 Illum superis
 Cæli Monarchis
 Adiunget olim,
 Carnis soluta
 Cum mole fessos
 Deponet artus.
 Urna videnti
 Laude æuerna

Hunc tu deliciae patris,
 Et spes unica Leebie
 Wladislæ refer bono
 Dignis principe morib;
 Et virtute imitabili.
 Cernis ut genitor tuus
 Rex, plaude pacificur



Vitæ, & mille pericula,
 Pro dulci patriâ subit.
 Tanti parentis æmulus
 Quo nunc vides euntem
 Hoc calle ad astra cæda
 Et tu decus perenne (s
 Post busta consequeris.


VICTORIS TOTO CLARESCAT NOMEN IN ORBE.

STR OPHE.



Quid
Spiris
Horridus
Draco tuam
Sismundo contra
Temerario ausu,
Insurgit aquilam, facis
Iã Lechici hactenus bibit
Sanguinis, ades ferocis
Qui proceras Tyrinhij instar,
Vi caput indomitum draconis,
Non pullulabit victa semel fera,
Lechis exitium non iterum feret.
Rediuiua quod sic cornua attollat cerastes
Moschicus, hoc semper Rege Сіау.Ков ages
Prastite, Moschoruq̄ promes fera colla Polone
Innata fraus, vel ipsum Vlysssem docta fallere
Genis, oberit nil Lechicis armis Superũm fauore.

ANTISTROPHE.



Quos
Lechis
Fortibus
Dolos struit
Leponus atrox:
Recidunt in ipsum
Senserunt cunei hostium,
Quam nullavis resistere,
Numine fauente Regis
Potest Sigismundi cateruis.
Myriades licet hostis audax
Multas obarmet, Xerxis ut agmina
Fusa terga dabunt, Lechiadum manu
Superi penes quem calices stabunt Monarcha,
Huius nec Briareus, centimanusque Gyges
Inuictas unquam possunt infringere vires.
Securus esto Rex, metu Sigismunde, munitis
Auxilia summi praesto semper sunt tibi praeliati.

EPODOS.

Classica sonent, teretes & litui canore
Bellifono reboent, vexilla rotentur in orbem,
Colluceantq; compitis in omnibus micantes
Flamma. Victori Martia & era tonet.

Angiporta, via, mania, porticus,
Dent signa fas est latiria noua:

Omnis at in pelago occulatur
Lucto, victo nã hoste triūphat

Rex, cãtib' permista pleetra
Aera meonijs serenum

Demulceãt, magni per õnes
Oras victoris volitet

Nomen, Sarmatis ora


Tu pra cunctis opta

Cumulet trophea vt

Rex Sismundus

Inclytus,

Princeps



P O M P Æ
T R I V M P H A L I S
F V T V R Æ

D E S C R I P T I O

MVsa refer, quo Sismundi spectare licebit
Hoste triumphato solennes ordine pompas,
Quiq; Duces bello capti, & quos Lechica pubes
Latifono clamore dabit per compita plausus.

Ostentare suum prisco si more triumphum
Rex cuperet, trabeatus equis veheretur ad vrbes
Lechiadûm nineis, fasq; illi Cæsaris esset,
Aut tua magnifico sumptu exæquare trophæa
Pompei; sed non victorem præmia tantùm,
Quàm virtus ornat decertatiq; labores.

Ibit terrificus pictis exercitus alis
Inuictos animos, & inobruta corda timore
Quisq; gerens miles, præacuta cuspide contum
Eriget, ad pugnam ceu suevit pergere Martis,
Æquata numero Regem hinc, atq; inde cohortes

Stipabunt, multo argento phalerisq; nitentes,
Pulvere commoto totus densabitur àer,
Concutiet tremulus sylvas hinnitus equorum,
Martia festiuos geminabunt agmina plausus,
Victoremq; canent: quibus adde examine longo
Vincula captiuâ Moschos ceruice ferentes.

Ipsè inter primos præstanti corpore Scînus,
Et Corsacus erunt, spectacula grata Polonis,
Ambo Palatini, defensoresq; Smolensci,
Defigent in humo tristes pro tempore vultus,
Et primæ sortis memores suspiria ducent.
His Galicinus adhuc oculis hostilibus ardens
Iungetur, technis fabricandis alter Vlysses.
Plurima Boiarûm Mosquæ quem turba sequetur.
Nec vos transierim Suiscîj germana propago,
Ambobus Tyrio fulgebunt murice vestes,
At mortis formido genas pallefcere vtrasq;
Efficiet: non hoc quondam dum bella cieres
Conspiciendus eras vultu atrocissime Suiski,
Tantum extiteras qui dux & causa malorum,
Et nunc si ad patrios fines tibi quâ arte liceret

Profugere, impatiens fræni, desueta peracto
Cgmina iam bello tua sub vexilla vocares.

Pone ibit longâ venerandus veste sacrorum
Sergius. Antistes, cui purpurea infusa crines
Velabit, totus gemmis auroq; coruscus.

Grandior huic paulò canos aspererat ætas,
Barbatus, rigido vultu; de stirpe profectum
Censeres Fabiæ gentis, similemq; Catoni.

Tandem procedet victor, quem curia Lechi,
Nobiliumq; phalanx causâ deducet honoris,
Cernere erit chlamidum simul armorumq; nitorem.

Quilibet auricomis coget parere lupatis
Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis:

Sed Rex ante alios pulchrâ splendet abolla,
Thracius aurato sub quo radiante capistro
Subsultabit equus, quin fronte minabitur astris.

Victorem tectis conferta stupebit euntem

Turba virum, lætas fundens sub sydera voces,
Non aliùm Lechi (veluti autumo) lætiùs vrbes
Regem suscipient; ita secum quisq; loquetur,

Hic ille est Princeps patriæ syncerus amator,
Religionis Atlas: fidei dux, hæresis hostis;
Non odium terrore mouet, nec laxat habenas,
Illius in miseros crebra indulgentia ciues.
Diligimus te Rex Sismunde, simulq; timemus.
O vtinam residens qui summis temperat ima
Cælicolûm domibus, melius tibi proroget æuum.
Talia dicta dabit populi glomerata caterua,
Cum Rex ad patriam victo feret hoste trophæa.

PROSPHONEMATICON.

Age turba Martiali
Redimita fronde crines,
Cane militare carmen.
Lechiadûm toto clarescat in orbe triumphus
Regis, victa iacet fallax tua Mosche potestas.
Grauiora flabra sortis
Tolerare sueta pubes,
Cane mecum lo triumphe.
Immortale decus patriæ virrute parasti
Inuicta, hostiles quam non fregère manûpli.

Metuende miles armis,
Celebrem innoua triumphum,
Resonante vbiq; plausu.
Moschiadûm reuehit Lechis noua gaudia victor,
Ampla triumphato cum fert ex hoste trophæa,
Tremefacta buccinarum
Crepitante terra bombo
Reboet, tonentq; multo
Fulmine lethiferas tormenta vomentia flammæ,
Et rauco resonent victricia tympana pulsû.
Recinatur annuente
Per aprica Rege, pæan
Iuga montium, ac per agros,
Rex magnus bello moderetur fortiter arma,
Atq; toga magnus placidissima iura gubernet,
Fera bella pertinaci
Animo ciere docte
Caneio triumphæ miles;
Cum debellati (gens intractabilis) armis,
Supposita Moschi portant ceruice catenas.




EMBLEMATA

I

VNITA VIRTVS FORTIOR

Mitra patent. aquilæ non absq; cruore feroces
Inter se gemino prælia Marte cient,
At quamuis habeat duplex rostrum, vna caputq; ;
Quæis terret potius quàm nocitura valet;
Victa tamen miserè pedibus laceratur aduncis
Moschias à niuca nempe volucris aui.
Nil agere in binos Alcides dicitur ipse,
Hic vnum ex bino robore robur ouat
Quod si vera refert, statq; hæc sententia vulgi ;
Iam minor Alcides hac aue semper erit.
Nempe solet modicum hosti vis diuisa nocere,
Multa regitq; duplex non benè membra caput.
Vtere qua volucris gaudet Rex sorte, per amplum
Nam tibi Marte æquo subditur imperium.



II

STAT VT CADANT HOSTES

FAtidicus quod per somnum spectauit Ioseph,
Exhibuit prorsus Rex tibi clara dies.

Procubuere tuos Moschum, Sismunde, manipli
Ante pedes, secta vt gramina falce cadunt.

At tuus (insolita quamuis Mars feruat ira)

Fasciculus, solido statq; nitetq; loco.

Hunc neq; liuor edax populi, neq; fracta potestas
Moschorum potis est vsq; mouere loco.

Iam proprium quocunq; placet Rex ferto maniplum,
Hostili primas cum tenet ille solo.





III

COMPLET TROPHÆA LECHIS

Vnus erat Græcis Alcides, ære columnas
 Qui structas posuit littore in Hesperio,
 Alcida similes habuit sed Lechia multos,
 Quorum posteritas fortia gesta stupet.
 Durauère diu Chabrii monumenta laboris,
 Ad tria quæ statuit flumina Marte potens.
 Quis te præpediat victo, Sismunde, Smolensco
 Figere in hostili terna trophæa solo?
 Laude Boleslao par es, virtutis & ingens
 Gloria sublimem te super astra vehit,
 Lechiaci fines post prælia Moschica regni
 Extendis gentes versus Achæmenias.
 Si Sueonum adiunges victor tibi debita sceptrâ;
 Clarior è cunctis Regibus orbis eris,
 Quippe duplex ales celebrem per cuncta maniplum
 Regna feret mundi quando *всiахъ* bou ages.

(**)

F 2



IV
HAS REX VICTOR PRO-
M E R V I T,

Romanum quisquis potuit subducere ciuem

Morti, pro meritis quænea ferta tulit.

Læta triumphali decoravit patria lauro

Victorem Furium, Scipiadaſq; duos.

Gramineo Decius fuit exornatus honore,

Papyrius myrto, Marcus Agrippa roſis.

Roſtratas alijs donabat Roma corollas,

Virtutis retulit præmia quiſq; ſux.

At tua quæ poterunt victor penſare coronæ

Facta? triumphatis hoſtibus aut quis honos?

Servati ciues, captæ cum mœnibus arces,

Et data letho à te millia multa virùm.

Pluraq; ſi numerem decus immortale merentur,

Quæis neq; ſufficiunt maxima dona hominum.

Næ Siſmunde tibi ſuperi poſt fata, coronam

Munus, eo dignum nempe labore, dabunt.



NEMO ANTE SIGISMVNDVM
TERTIVM COLLIGAVIT.

Quis credat? Sismunde ducem' quem nemo ligavit,

Tu vinêlis tentum Moschice victor habes?

Non ea Pellæo iuueni fors contigit olim,

Arsacidûm fixit quando trophæa solo.

Ægyptum licet Augustus deuicerat armis

Primus, non tantum rettulit inde decus.

Nempe ferox subterfugit Cleopatra catenas,

Cum sibi præsentem vidit adesse necem.

Quantumuis nollent, vitasse (nefanda propago)

Non pedicas Suiscij Rex potuère tuas.

Compedibus vincti Scînus, Corsacus, & astu

Præpollens Galicin, Boiarijç; gemunt,

Pars alijs laudum, tibi, Rex Sismunde, subactis

Hostibus, at superûm munere tota venit,

(***)



VI
CÆSORVM SPOLIA VI-
CTORIS DECORA.

Quid tres miraris decisis vndiq; ramis
Quercus? quid clypeos armaq; fixa stupes?
Symbola regalis sunt hæc insignia laudis,
Inde decus regni Lechia nosce tui.
Corporibus detracta vides spolia ampla virorum,
Quos gelidis præceps alluit Ister aquis.
Tela Niderlandi, Moschiq; his pendula truncis
Sismundi Regis fortia scepra canent.
Illum nîl contra multæ valuere virorum
Myriades, quasuis robore fregit opes.
Sismundum bello dêinceps quicumq; laceffet,
Tali pendebunt illius arma tholo.

(**)



VII
MOSCHORVM FREGIT REGIS
CONSTANTIA VIRES

Siccine Lechiaci fuerat mens visa Monarchæ
Mobilior vento perfide Mosche tibi?
Quando animo fractum post rædia longa putaras,
Versurum ad patrios Martia signa lares,
Non vinci docuit Regem Pædia labore,
Æquanimis cunctis perstat & ille malis.
Quis iam miretur lustris Agamemno duobus,
Quòd bello Troiæ Pergama presit atrox?
Nec Lærtiadę mihi sic constantia Vlyssis;
Ceu tua in aduersis Rex Polemarche placet.
Hac vicini hostem quiduis perferre paratum,
Dum tibi Moschiacas tradere nollit opes.
Diseite Sismundum nunquam contemnere Regem
Hostes, serò quidem at fortiter ille ferit.



VIII

VIRTVTIS COMES GLORIA

Cui fortuna dedit victis ex hostibus ingens
Victori ad patriæ recta referre decus;
Magnificum duxit Tarpeia in templa triumphum,
In medio niueis agmine vectus equis.
Ante triumphales lectissimus ordo quadrigas
Ibat victorum plebe stupente Ducum.
Horribiles sonuere tubæ, fremitusq; per urbem,
Famaq; victorem sidera ad vsq; tulit.
Et tu laurigerum potes instaurare triumphum,
Hostili victor cum ditione redis.
Materies laudis non dæest, & copia pompæ,
Qui præeant currum, quiq; sequantur erunt.
Quod si spreueris hæc, vastum tamen ipsa per orbem,
Parta tibi Moschis, fama, trophæa feret.



EPIGRAMMATA.

I

PLVS ALIIS

A primo repetas si rerum exordia Lecho,
Qui dux, atq; suæ gentis origo fuit.
Inuenies nullum, cui plura insignia virtus,
Cuiq; dedit locuples munera plura Deus.
Siue Boleslaos memores, duo fulmina belli;
Submisit quorum Dacia colla iugo.
Seu Iagellonem, cui vincere Teuthonas armis
Cælitus infesto non sine Marte datum est.
Plura Sigismundo laudis fortuna parauit,
Maxima cum proprij symbola honoris habet.
Principe Moschorum capto, victoq; Smolensco,
Regibus annon plus præstitit ille alijs?

II

CVNCTANDO RESTI- TVITREM.

IN diuersa rapit citò quos temerarius ardor,
Hos nocuo insequitur fors mala sæpe pede.
Præcipiti cæcus dum tentat bella furore
Romulidûm Varro causa fit exitij.
Cunctator Fabius cautis quia militat armis,
Vinci illi nunquam, vincere sæpe datum est.
Quod longâ pressit Rex obsidione Smolenscum,
Alea quid censes quàm aspera Martis erat?
Centenis Moschus propè quæ retinebat ab annis,
Binas intra hyemes, vi repetita tenet.
Parra labore leui percunt citò, magnus adempta
Vt tueare diu, dat tibi Leche labor.

III

AD VSQVE METAS:

NON sat mille fuit Troiam oppugnare carinis,
Et dubio claros sternere Marte viros:
Ni traheret varium duo per quinquennia bellum,
Et tandem optatas victor haberet opes.

Nun.

Nunquam contentus bello fit Marspiter vno,
Plus (vt aquas hydrops) sanguinis ille sicit.
Quàm tibi succubuit Rex victa Smolenscia Marte,
Diffundi multus debuit ante cruor.
Cymbrica sic Mario, sic & Pharsalis Iulo,
Actiaca Augusto sic quoq; palma data est.
Num tot paniteat Rex te exantlasse labores?
Cum foelix operis iam tibi finis adest.

IV ANNVIT VOTIS DEVS.

SÆcula felicem quàm te genere Monarcham,
Exuperant nostros cum tua facta animos.
Principe te miles pergit quocunq; Polonus;
E votis cedunt prospera cuncta suis.
Hostilem fausto tetigisti vix pede terram,
Mox cecidit telis plurima turba tuis.
Non tua sustinuit Sæinus, nec Suiscius arma,
Nonq; peregrino milite mista cohors.

Regia

Regia Moschiadum Vulcani est tradita flammis,
Venit in authores fraudque reuersa suos.
Annuit ipse tuis Superum Rex denique votis,
Armis cum tandem est victa Smolensca tuis.
Næ Sismunde fauet tibi semper numen amicum,
Non frustra Superos in tua vota vocas.

V
NULLA DECOLOR MA-
CVLA.

MArte Boleslao populosa Kionia celsit,
Audax qui Latio nomine dictus erat.
Protulit hic fines patriæ victricibus armis,
Abstulit at penitus, quod fuit ante, decus.
Præsule sublato deuora est Lechia diris,
Perdiderat regni tunc diadema sui.
At meliora licet de te sperare, secundis
Prospera dum Zephyris, Rex tibi, cuncta fluunt,
Hoc tua promittit pietas, moresque probati,
Hoc Pædia bonis cognita Lechiadis.

H

Desine

Desine facta pij liuor proscindere Regis,
In patriæ cedunt omnia namq; bonum.

VI

NULLI SECVNDVS

Suspicias Heroas regali sanguine claros;
Marte sat excellens Rex Bathoræus erat.
Parta stupent Lechi, Criuousti ex hoste trophæa,
Et Iagellonis fortia facta probant.
Qui Dacos, Valachosq; armis domuere feroces,
Hos pia posteritas laude sub astra vehit.
Æmula virtutis Sismundum ornat Iouis ales,
Tutari didicit, quæ data Sparta sibi est.
Degener haudquaquam, vitam pro laude pacisci
Non timet, intrepidi pectus Achillis habet.
Inuide non credis? Mochouia victa fatetur,
Æmathio Regi iam fateare parem.

VII

IN VTRVMQVE PARATVS

Pacifera

Paciferæ ramum si victa Smolenscia oliuæ
Optasset, bello quàm sibi iura dari.
Parcere Rex Moschis poteras sine Marte subactis,
Non sequere tibi, vincere mens at erat.
Ultima cum mauult belli expectare pericla,
Gens malesana suum iam videt exitium.
Nimirum optime Rex fueras in vtrumq; paratus,
Et belli, & pacis, cum tibi iura forent.

VIII

SVpra SPEM ET VOTA.

Viribus humanis quod erat superabile nunquam,
Virtuti cessit Rex generose tuæ.
Thermodoontæus quicquid submiserat Ister,
Quicquid & indomiti Marte Boristhenidæ:
Exiguo victor superasti milite, captis
Quippe tuis nunquam defuit ipse Deus.
Lechia co hostiles fractas liquet ense sarissas,
Vinci ignara licet vis inimica foret.

Euerſæ infidis tibi Rex cum ciuibus vrbes,
Serò tuo immitunt iam ſua colla iugo.
Et quòd præſidium magni fuit ante Ducatus,
Hoc repetitum armis (quod ſtupet orbis) habes.
Regia quin Moſchùm cum principe diuite gazis,
Rex Siſmunde, tuâ ſub ditione gemit.
Sarmatis eſt ſolitò cur lætior ora triumphes,
Quando tibi ſupra ſpem meliora fluunt.

IX
VIRTUTIS ET HONORVM
CURSVS ÆQVAT.

O multùm, Siſmunde, rogâ, perpeſſus & armis,
Quàm variæ ſorti Rex tua ſceptra patent.
Triftia cum lætis expertus ferre, ſerenos
Ducebas vnquam vix ſine nube dies.
Ardua res virtus, per inhospita tendit, amænum
Nec regalis habet purpura, ſemper iter.
Nempe tibi Deus inſignes promittit honores,
Cum te tot duris obijcit vſq; malis.

Eternen

Æternent Superi tua gaudia, maxime victor,
Nec funestæ atrox regia sceptrâ dolor.

X

PRO TE IPSO DEVS PRÆLIA
GERIT.

Tanta peregisti paruo, Rex, tempore, quanta
Non quisquam credo præstitit ante Ducum,
Inferias modico misisti milite ad Orcum
Multas, sic rubris mersa natabat aquis.
Non furor hostilis fregit tua robora, quamuis
Non semel audaci stringeret arma manu.
Dextera nam Superum hos peperit tibi magne trium-
Rex, à Lechiadum parte stat ipse Deus. (phos
Agmina te contra cessent hostilia vires
Iungere, sic fulto vis tibi nulla nocet.

XI

VENISTI, VIDISTI, VICISTI,
Ante

Ante Syracusiam Marcellus quàm capit urbem,
Non modicum vincendâ arte laboris habet.
Ars cum vi certat, rumpit tandem arête muros,
Hostilesq; intrat non sine strage domos.
Quas infesto adijt Marte arces, Cæsar Iulus;
Mox æquata fuit robore quæq; solo.
Nec tibi sat, Sismunde, fuit vidisse Smolenscum,
Et quater ignitis mænia vasta globis.
Vi superasti vim, constantia regia fregit
Hostes. quid possis robore, serò sciunt.

XII
ET PIETATE ET ARMIS
PRIOR.

SI repetam bella, & partos te Rege triumphos,
Par Chabrio aut Princeps inclyte maior eris.
Turcarum terror, se victum Marte Michailus,
Prædonumq; ferox, dux Nalcuaico gemit.
Quis memoret Valachos, Hunnos, Turcasq;, Scy-
Et Moldaua simul, quos alit ora, viros. (thasq;
Quid

Quid valeas armis agnoscit Moschica tellus,
Arque Niderlandum vi superata phalanx,
Nec minor es magnis, ô Rex, pietate Dynastis,
Hac in re primum dat tibi quisq; locum.
Fœlix qui Martem cum religione iugasti,
Nam tibi cæligenæ Marte togaq; fauent.

XIII
NULLIS SVCCVMBIT
PROCELLIS.

IAM varios inter plus lustris quatuor hæres
Fluctus, & tumidas, regia naus, aquas.
Quot monstra, & Syrtes, Erebiq; latentia saxa
Vitasti, placidi numine rura Dei.
Non Scyllæ rabies, non hæreseosq; Charybdis,
Ad proprium traxit carbasa fluxa chaos.
Nempe tuâ puppi vigil est nauclerus in altâ,
Cælituum faultis cui fauet aura Notis.
O fortunatam tanto rectore carinam,
Incolumes nautâ hoc, Lechia, habebis opes.

XIV

CRESCIT IN IMMENSVM

EST Pharijs fœcunda seges quæ prouenitaruis,
 Quamq; ferunt Siculi pinguia culta soli.
 Suspice regalem, generose Polone, manûplûm,
 Quàm longè segetem hanc fertilitate præit.
 Nonne vides quantos fudit sementis aceruos,
 Postquam Lechiacis crescere cepit agris?
 Moschica quin etiam simul est delatus in arua;
 Mox decuplum patriæ potulit inde bonum.
 Quot vicibusq; suum complet Titanius orbem,
 Augetur domini, non sine laude, sui.
 Si Lechi iste diu crescat tellure manûplus,
 Europæ fruges, horrea non capient.

XV

NON FRVSTRA SISMVNDI
 NOMEN HABET.

QVod primo Sismundo astu Basilius ademit,
 Tertius amissum restituit patriæ.

Quæ fors? aduerso sic quondam Scipio Marte,
Primus in Hannibalem sumpserrat arma ferum.
Exin Romulidûm vires infringere Pænus
Ausus, cum letho corpora multa dedit.
Scipio quem tandem Latio deterruit alter,
Et rursus cæpit tollere Roma caput.
Fac laudi insistas victor Sismunde priorum,
Cum tibi tam felix numine Sparta data est.
Prælia Sismundus cum Moschis primus iniuit,
Tu bellum optato claudere fine stude,
Perge age continget Moschis quod Agenoris vrbi,
Arctooq; orbi, Scipiade instar eris.

ODE I Tricolos Tetraastrophos.

INuicte regni Lechiaci decus,
Sismunde, victis hostibus, alite
Fausto, nouus victor, relictos
Ad Patriæ remeas penates.

Sattemperatam rebus in arduis
Mentem reseruas, satq; perhorrida
Rhamnusidos temone pôstus
Ancipiti, pateris procellas.
Repugnat hostis, resq; secus fluunt,
Quàm vora poscunt feruida militum,
Audentior contra sinistra
Stas Nemesis rabidum furorem.
Non maesta fractus tædia concipis,
Sed omne suffers pondus, Atlanticâ
Ceruice: nec pressus malorum
Mole viam Superùm relinquis.
Haud semper agros manat in hispidos
Effusus imber, nec Boreas furens
Menses per omnes vexat vdis:
Flaminibus pelagi carinas:
At versiformes induit aurea
Dictynna vultus, postq; Aquilonios
Brumæ rigores, lenè spirans
Floriferi aura subit Fauoni.

Quid

Quid? ductor olim Dardanidum pius.
An fluctuosis expositus Notis
Promissa quærebat Latini
Regna super monitis Deorum
Præfixa Iultra? an Graiugenum ferox
Non bis peractis quinque, sub Illo
Annis manus, tandem refertur
Hectoreas domuisse turmas?
Sic arduæ itur sub penetralia
Virtutis, ô quam dulce pericula
Passum esse quondam, quamque casus
Commeminisse iuvat quiete.
Rex magne, gentis præsidium tuæ,
Extende famam regna per omnia.
Te Dacus atrox, te Genauni,
Et rigidi celebrent Triones.
Sublimia alto sydera vertice
Victor triumphans iam ferias licet,
Cum digna suscepto labore
Præmia habes patrijs in oris

Te clariorem Lechica curia
Regem salutat, te reducem viri
Matresq; gaudent, teque Moschus,
Sepositis veneratur armis.

ODE II.

EMersit simulac patria fluctibus,
Quos in non dubiam perniciem sui
Voluebat (furijs bilem acuentibus)
Discors factio ciuium:

Mox, Sismunde, virorum æmula fortium
Te virtus stimulis excitat acribus,
Ut primæ referas, & cumules nouæ
Victor præmia gloriæ.

Ibas horrifoni turbinis in modum,
Quò laudis studium, quò patriæ bonum,
Et quò Martis amor traxerat, hostibus
Te Rex cedere nescium:

Necquicquam niuium stridulus agmina

Effun,

Effundens Boreas præpedijt viam,
Necquicquam gelidis prælia credidit
Moschus frigoribus potens.

Extemplò timuit, sequè Smolenscijs
Diffidens animo, turribus abdidit,
Nec stantem proprio sustinuit solo
Hostis pellere militem.

Hic primùm indomitis Lechiadùm bonam
Spem turmis facis, & concutere incipis
Murali intrepidus mœnia machinâ,
Agmen ductor agens virùm.

Vt Tigris, sobolem cum celeri pede
Pastor Carpathium trans mare detulit,
Aut in præcipitis culmina Caucaſi
Natiuo abripuit specu;

In partes varias lumina conijcit,
Vno nec potis est stare diu loco:
Sic perrumpere, Rex, dum cupis hostium
Muros sollicitus manes.

Quamuis turbineo lethifer impetu,

Parsim fulmineos imber agat globos,
Præsentemq; viris omnia fortibus

Intentent penitus necem.

Iam quassata tuis sæpe Smolenscia
Tormentis, valido cinctaq; milite,
Exæquata solo, serò tuæ videt

Virtuti nihil inuiunt.

Nunc quisquis socios, quisquis & extera
Sublatam memoras progeniem necæ,
Tristes tuq; prior Rex hilari decet

Mutes lætitiâ genas.

Lætum nunc lituis pangere classicum,
Et vincere nouis tempora floribus,
Ignitosq; iuuat vertere in optimum

Vsum lætitiæ globos.

Iam tutus Litauus rura perambulet,
Et plenam viduo det Cererem solo,
Nec sub Moschiacis quærere pascua

Armento metuat iugis.

At qui Sarmaticis inuigilas bonis,

Et

Et misces varijs commoda gaudijs,
Non vllá meritum profus ob hoc die
 Nostris sensibus excides.

Quin dum se tulerit fortè potentium
Inter belligeros fama viros Ducum
Laudi perpetuam Rex tua maxime
 Virtus materiam dabit.

ODE III

Quæ plectra, quæ vox, quod litui genus,
Tot gloriosis nobilem honoribus,
 Victor, tuum sublimiores
 Per titulos celebrent triumphum?

Quacunq; vasto circuitu Istulæ
Præpingue Lechi perluitur solum,
 Quacunq; diffundit strepentes
 Vilia profluis amnis vndas.

Gestire magnis pectora gaudijs,
Efferre cunctos latitiæ noua

Cerno colonos symbola, omnis
Exulat æde animoq; mæror.
Spargente Phœbo ceu, rutilum iubar,
Noctis tenebræ diffugiunt leues;
Antiqua sic victore cessant
Tristitiæ redeunte signa.
Duris vt arbor tonsa bipennibus
Per multa Princeps vecte pericula,
Tandem biennali labore
Præmia digna refers Polonis.
Adempta regno quæ fuerant tuo;
Fauente rursus numine possides,
Tibiq; rarâ sorte magni
Imperij datur amplitudo.
Virtus honores dat meritos tuis
Sismunde factis, hæc superis parem
Te reddet olim, cum per omnes
Rex, tua laus volitabit oras,
Faxit corusci syderis arbiter,
Vt Marte felix, atq; togâ potens

Rem.

Rempubicam Princeps gubernes.
Hoc patriæ atq; tibi precamur.

ODE IV

LVx festa tandem fulsit in Lechi solo;
Cum prorogatos reddis aspectus tui
Sismunde Rex, auctus nouis honoribus.
Audisnè plausus vasta quos per compita
Tripudians plebs edit? haud sic patria
Cupit intueri tecta versus Caucasi
Montes oberrans natus orbatus patre;
In hostium moras trahentem finibus,
Ceupostulabat orba te Polonia.
Iam cum triumphans hostibus victis ades;
Reserare magnum gaudij æquor incipis.
Noua rebus est facies, nouumq; Lechiæ
Decus additur. Pyropo vt inserto aureus
Nitet annulus; tantùm tua ex præsentia
Splendoris accepit, togâ & bello potens

K

Sismun.

Sismunde victor. non trophæis Scipio
Claratus Africa, nec armis inclytus
Domitor Iugurthæ Roma sic tuos lares
Decorauit : vt regni penates Lechici
Rex magne adornas, viue, splendesce, impera,
Victrixq; liuoris superftet Entheum
Æuum potestas Regia.

ODE V.

Æmulatrices date plectra Musæ,
Splendido victor celebris conuino
Iam Sigismundus subit alta Princeps
Mænia Craci.
Ite qua gressus feret, ite prompti,
Obuiam citès, redimite lauro
Tempora, & notos reducem ad penates
Ducite Regem.
Magnus in Lechi redit hospes oras,
Moschicis tandem spolijs onustus,

Post

Post biennales tibi quæ parauit
Sarmata curas.

Scylla te, aut Tigris genuit Polone,
Si triumphato super hoste Moscho,
Gaudij in tanto noua signa plausu
Promere cessas.

Promptior quin tu canere acta Regum
Phæbe, cui subsunt Heliconis vndæ,
Huc nouem deduc viridante Pindi
Vertice Musas.

Regis inuicti super astra laudes
Effer, ad metrum numeris reductis,
Sive facundæ potiùs soluto
Flumine linguæ.

Viuat Heroum populos regentûm
Maximus Princeps, pietatis author,
Criminum vindex, patriæ ampliator,
Hæresis hostis.

Quin Ladislaus generosa Regum
Viuat & proles, patris æmuletur

Facta Sismundi, stet. ut ille regno
Murus ahenus.

Viuat ô viuat, diu uterq; regno
Lechico sospes, Charitum voluptas,
Quo Chelym Craci redeunte ad urbem
Pulsat Apollo.

ELOGIUM I. AMPLIATORI REGNI

Regnum qui sibi patrijs paratum,
Armis, strenuè ab hostibus tuetur,
Grati symbola pectoris perennes
Hic à ciue suo refert colossos,
Quos & prole repullulans nepotū
Latè posteritas, & à remotā
Miretur peregrinus hospes. vrbe.
Tantum est huic decoris probè relictas
Dum custodit opes, quid irruentem.

Si

Si bello superet cruentus hostem?
Adiectisq; suum ampliet per arma
Regnis imperium? sacris profectò
(Qua magnus patet aether, & coruscis
Sol altus radijs oberrat orbem)
Fertur semper honoribus, locumq;
Phæbo proximum habens præaltus astris
Ingentes supereminet colossos.
Hac tu laude nites, Smolensciano
Cum Sismunde potitus es Ducatu.
Iam nunc Lechiacæ vocaris ingens
Propulsator, & ampliator oræ.
Te septem celebrant nouum Triones
Victorem, Hesperijq; cultor orbis,
Et qui multiplici vado tumentem
Circumdat Tanaim, & prior renati
Qui Solis rubeum tuetur axem.
Sed quamuis celeberrimus reluces
Mundi quaq; plaga, minora spargit
Gestis fama tamen tuis, graui nam.

Re-

Rerum deficit illa victa mole,

ELOGIVM II. PATRIÆ VINDICI.

Non odium gentis, nec regni dira cupido,
Moschiaci, te Rex, traxit in arua soli.
Damna cruorq; insons olimq; Smolenscia adempta,
Principium tantæ causaq; litis erant.
Nec relinquenda fuit Legati iniuria læsi,
Inq; prophanato dedecus hospitio.
Sic Ammonitæ, sic quondam Ephiræa Corinthus,
Ob scelus hoc pænas, Marte furente, luit.
Quod Rex cunq; facis laudem sibi vindicat omnẽ;
Cunctaq; magnificum capta merentur epos.
Vindicis ergo tibi meritum dat patria nomen,
Nam tibi vindictam credidit illa suam.

ELO.

ELOGIVM III.
MOSCHOVIAE DOMI-
TORI.

SÆpe triumphatæ nomen victoribus vrbes
Concessere suum, quò maior gloria totum
Factorum impleret mundum, populiq; per ora
Serperet ingenti latè splendore, nec vllis
Desineret tolli celebris super æthera seclis.
Venerat in Cretam bello certare Metellus,
Creticus inde redit. subiecta Britannia Druso
Quæsitum antiquo imposuit pro nomine nomen.
Sed quora pars erit hæc laudum? si fortè triumphi
Spectentur Sismunde tui? quantum insula vastis
Moschiadùm terris; veterum tibi gloria tantum
Cedit quæq; Ducum, iam Sismunde vltima Bactra
Oceaniq; tuis implentur littora factis,
Et quod Hyperboræo damnatas frigore terras

Victor

Victor transferis, tumidosq; represseris hostes:
Solut honore nouo, solus celebrabere donis.
Hanc tibi si laudem quisquam Sismunde negabit
Inuidus. ipsa tuum fama loquetur opus.

ELOGIUM IV. INIURIARVM CONDONA- TORI.

Tanta tuos Princeps ornat clementia fasces;
Ut videare ipso mitior Amramide.
Isaiden nisi se fædasset sanguine Vriæ;
Hac tibi censerem laude fuisse parem.
Parcere deuictis, nec fontibus est tibi cordi
(Si tua res agitur) sumere supplicium.
Sæpe sciens surdâ conuicia proteris aure,
Et quicquid passim lingua proterua vomit.
Hostes cum superes, te vincere niteris, à te
Arctoo inuictum ne quid in orbe foret.

Tales

Tales ô vtinam regnent tibi Lechia Reges,
Res nunquam verget publica in exitium.


ELOGIUM V.
RELIGIONIS PROTE-
CTORI.

MVltum religio Princeps tibi debet auita,
Pristinus hoc regno cui reuirescit honor.
Non iam perfidiæ erumpunt è sedibus Orci
Monstra, nec Hæreseos serpit vt ante lues.
Sæcula Micæslai redeunt, cum pulsa recurrit
Religio, & sacrum tollit in astra caput.
Iam toga Marsq; tibi donarunt nomina, nomen
Quod pietas offert Rex quoq; sume, pij.



ELOGIVM VI.
SPLENDORI POLONIAE.

SI quando exoritur non visum sydus Olympo;
Quisq; nouum æthereo suspicit axe inbar.
Hinc licet instantes fatorum noscere leges,
Hinc dubias tacitâ voluere mente vices.
Insolito Lechos perstringis lumine Princeps,
Dum celebris gelido victor ab orbe redis.
Ergo te populus stupet, & prospectat euntem,
Miraturq; nouum in te redeunte decus.
Quingens Christiadûm tantos quod viceris hostes,
Plus nitet, & spondet maxima quæq; sibi.
Intentet quascunq; ferox hostis velit vmbra,
Claros te ducet Lechia Rege dies.



ANAGRAMMATA.
SIGISMVNDVS TERTIVS.

Anagrammatismus.

R VIT, EST DIGNVS MVSIS.

A R dor dum raperet belli in discrimina Regem,
Armaq; pro patria iusta iuberet amor.

Mars ipse accinxit chalybem, quem incude politum,

Fuluo informavit Lemnius ere faber.

Aegyda donavit crudam Tritonia Pallas,

Et thorace latus munijt arifono.

Quid facient Musæ, quæis sunt laticesq; , lyraq;

Cordi? quasq; iuuat pectine ludere epos?

Quid præses vatuum Phæbus post prælia Martis,

Qui solet ad faciles tendere plectra modos?

Dardanij pugnam retulit Maro carmine Regis,

Claruit & virtus hinc tua Turne potens.

Meonius Danaum vates celebravit Achillem;

Vt ruit à summo culmine Troia vetus.

Ecce R VIT conuulsa Smolenscia sedibus imis,

EST DIGNVS MVSIS, cûi ea palma data est.

SIGISMVNDVS TERTIVS

Anagrammatismus.

SED IT SVRSVM VT IGNIS.

L Vbrica fors belli est, medio in certamine Mauors
Deprimit hos, illos erigit astra super.

Et quibus ingentes animos victoria fecit,
Sepe omnes victis spes tulit vna dies.

Thessalus ad naues conuersis agmina signis
Egerat ô quoties, Hectoris arma timens.

Hector at inferior Pelidæ robore clari,
Post fera Graiugenûm funera, ludus erat.

Successu Hannibalis Carthago lata parabat
Iusta prope edomitis soluere Romulidis.

At bello melior deuicit Scipio Panos,
Sic redijt Latio, quod fuit ante, decus.

Scilicet instabilis sunt hæc ludibria sortis,
Expositos fortes cui liquet esse Duces.

Sed nihil offenso Sismundo, iura Quirinus
Constanti semper Mars colit. æqua, fide.

Nimirum illius cæli felicitat arma
Arbiter, in bello cûi pia causa placet.

Quid mirum Nemesi quod non succumbat acerba
Ille? SED IT SVRSVM suenit VT IGNIS

edax.

SIGI.

SIGISMVNDVSTERTIVS

Anagrammatismus.

STVDIIS GENTIS MVRVS

E Loquar an sileam? te contra Sarmata fortis
Vis glomerata ruit.

Hinc Gabriel Orientis opes in praelia secum,

Pannoniosq; trahit.

Inde pharetratus Scythæ rumpere fœdera tentat

Lechiæ in exitium,

Quid gelidi voluant, non constat mente Triones,

Corda sat aspera habent.

Barbarus ut fidei est nullius, sic malè pacis

Aurea iura colit.

Fidit adhuc Sueo nauibus, æreque praelia multo

Quin reparare potest.

Tu quoque in hostiles spumantem admittere turmas

Sarmata gnarus equum:

Arma para, victos toties letho dabis hostes,

Qui tibi fata struunt.

Celicolæ causæ meliori namq; fauebunt,

Vindice Rege tuo.

Hic STVDIIS GENTIS, Princeps votisq; Polonæ,

MVRVS erit Patriæ:

SIGISMVN-

SIGISMUNDVS TERTIVS
DEI GRATIA REX POLONIAE

Anagrammatismus.

VERVS DIES REDIIIT PAX GENTI
VM SISNOTA GLORIA.

Damnanda tenebris illa nox perennibus,
Dum Moschus insolesceret.

Nec faceret assis Sarmatæ fortis minas,
Lituosq; & arma bellica.

Cum strueret insuper dolos, latentius
Simulata fœdera obtegens.

At verus hostis patuit; impetum in tuos
Dum fecit ô Rex milites,

Et iam Polonæ caperant languescere
Vires, biennali mora.

Cum præter omnium Quirinus spem pater,
A partibus Regis stetit.

Erepta Moschis est Smolenscia, ignibus
Perire opes Moschouia.

Hostis ter iniecto lupato fronte humum sua
Pronus ferire debuit.

PAX GENTIVM VERVS ^{q;} REDIIIT en DIES,
SISNOTA cunctis GLORIA.

SIGI-

SIGISMVNDVS TERTIVS
REX POLONIAE ET SVE-
CIAE.

Anagrammatismus.

PRESSI DEXTRA GENTES VIO-
LANTES CIVIVM IVS, EO.

A Emathius laudis nimio Dux feruidus æstu,
Marte lacefsiuit plurima regna fero.
Iuratus Latij contra fas Hannibal hostis,
Romulidum ingentes attenuauit opes.
Septenam Marius trabeam dum Consul anhelat;
Dat multas Orco ex ciuibus inferias.
Non, Sismunde, tibi laudis vesana cupido
Vincendi Moschos, causa sed æqua fuit.
Iustitia es cultor, maculâ nec decolor vllâ,
Et cunctis de te dicere iure potes.

Qui PRESSI GENTES VIOLANTES CIVIVM iniquè
IVS DEXTRA, ad patriam nunc EO victor ouans.

SIGI-

SIGISMUNDO III.

DEI GRATIA

POLONIÆ ET SVECIAE

REGI MAGNO LITHVA-

NIÆ DVCI &c. &c. &c.

Expugnatori arcium, Domitori
Moschouïæ, Victori exho-
stibustriumphanti.

LECHIA COMPOS VO-
TI FACTA.

Moturus aduersùm feroces prælium
Sismunde Rex Moschos, pedem

E Lechici vix finibus tuleras tua
Felicitantibus viam

Diuis

Diuis Patria; dum aspectibus tuis carens
Mærore tristi squallida,
Velata faciem, duxit imo è pectore
Suspiria, & lachrymis sonos
Mater remissos vt solet natis lue,
Belliuè stratis turbine.
Non morte sic Ceicis indoluit graui
Dolore coniux faucia;
Nec tantus instat nauitis trepidis timor,
Dum sæuit iratum mare;
Attrâq; nubè turbo subtrahit polum,
Miscentq; prælium Noti.
Quoties Tonantis supplici aras poplite,
Perfusa triuit imbribus.
O magne dixitq; arbiter rerum, tui
Cohibe furoris fulmina.
Propiusq; res tuere nostras, si meum
Quid tibi placuit vnquam, pia
Nisi eram, per aras ponerem dum munera
Frustra vocando cælites.

In vota, summe regijs Deum pater
Conatibus dona exitus
Latos, per hostiles agar, ferrum horridus
Turmas, paueat hostis fugax,
Non cæca regnorum ambitio, non impotens
Traxit cupido aut iniquus.
Furor: amor at patriæ suum armauit Ducem,
Deditq; Martis spicula,
Iusta exigas tu lance bella Sarmata,
Factaq; feræ Moschouia.
Ecquando vox sonabit illa Victor ite
Sismundus hoste perditio?
Trophæa quando lata miles inferet
Templis Polonus hostium?
Inflata reddet quando murmur buccina
Latos triumphos acciens?
Grandiaq; terrifico tonabunt fulmine
Tormenta cum pilas voment?
Faxis supreme rector orsa sic mei
Animosa Regis prospera.

Sed

Sed ecce, quid cerno? fefellit an meam
Caligo mentem turbida?
An fors moræ impatiens amor? dempris redux
Spolijs onustus hostium
Redijt Monarcha, præse agens Moschos truces.
Defixa specto lumina
Humo Ducum, quos vafra non seruauit ars,
Nec artium munitio.
Valete luctus, fugiat è pectore pavor,
Abscedat omnis & dolor.
Lætas agam sine nube luces, audiar,
Iam prima gentium omnium.
Quæcunq; Titan lucidam exerit facem,
Victrix ferar Polonia
Ultraq; metas Solis, vbi situ horrido
Tellus silentum manibus
Umbrisq; colitur, audient tantam hostium
Cladem orbis omnes incolæ.
Prò quanta seges est gaudij quàm regia
Laudisq; materia ferox

Quà culta Nilus arua, quà Ganges rigat,
Arabsq; Tuscus, Belgaq;
Theutoq;, & Indus prædicabit me Cilix,
O viue noster Hercules.

MOSCHOVIAE DE
SVORVM DVCVM CRVDE-
LITATE.

Expostulatio.

Tempora funerea mihi sunt cingenda cupresso,
Cum tristi proprios mente reuoluo Duces.
Tu quoq; sacrorum mater veneranda meorum
Græcia, diffusis fle mea fata comis.
Quæq; bibunt Tanaim gentes, quibus inclyta Volga
Flumina dant sicco terga premenda pede.
Vna ego perpetuo conflictor frigore quamuis;
In prædam pateo tot miseranda plagis.

Nam

Namq; pharetratus nostri in penetrabilia ferro
Ipse sibi regni fecerat ante viam.
Mosquanasq; exussit opes, dilapsa fauillas
In tenues abiit Regia tota prope.
Hæc quia ab hoste tuli, præ me (ceu parua) ferebam,
Intestina tamen me mala plus cruciant.
Non sic Tarquinius Romanam presserat urbem:
— Quem vindex pepulit Brutus in exilium.
Hipparcho Basilius erat crudelior ipso,
Cuius & in natos sæuijt ira suos.
O si vitalem nunquam attraxisset Hodunus
Auram, mansissem libera ab interitu.
Nam postquam fasces, Basilij stirpe necatâ
Arripuit, patriam traxit in exitium.
Hinc bella, hinc cedes, hinc funera dira meorum,
Sic fatis desunt iam mala nulla meis.
Præstaret faciem regni inspectare nouatam,
Atq; nouis fasces tradere principibus,
Nec, Sismunde, tuum ultra iam detrecto Monarcha
Imperium, Regem te mihi dant Superi.

Aurca

Aurea te rerum florerent Præsidae scæla,
Surgeret & veræ religionis honos.
Perfidia genuina fides succederet, & Mars
Cederet è terris pace vigente meis.
Te mirata Ducem, e cælis Astræa rediret,
Inq; tuo sedem poneret ipsa solo.
Nec prisca extarent vsquam vestigia fraudis,
Disfugerentq; doli, concideretq; nefas.
Sarmata cum Moschis quin conspiraret in hostes
Quoslibet, inuictum robur vtrisque foret.
Tanarijs non missa iugis sauiret Erynnis,
Poneret & mores horrida terra feros.
Sic sic omnipotens faxit tua capta secundet,
Non inuita tuo do mea colla iugo.
Nec nati poterunt tua spicula ferre rebelles,
Agnoscent Dominum teq; Borysthenida.
Thermodoontæasq; bibunt quicunq; paludes,
Et quos vicinis alluit Ister aquis.
Frustra lethiferas acuis Cassane sagittas,
Frustra Astracani, gens, truculenta, furunt.

Pare-

Parebunt vel serò tuis, Sismunde, lupatis,
Nam quid non armis Rex superare potes?
Tu modo dexter ades, meliorum te vocat agmen,
Et quibus est cordi perditâ pene salus.

ODE.

Tricolos Tetraastrophos.

Quæ pompa latis obuia scitibi
Fundit plateis? qui popularium
Cætus tuorum, quæ senatus
Vota super meritos honores?
Sismunde Regum maximè, qui tuâ
Virtute priscos, gloria & anteis
Reges, nec vllâ laude auitis
Tempora cedere nostra cogis.
Seu te cruentus pro patria impigrum
Mauors obarmat, murmure & excies
Raucò æris insani, quieta
Consilium toga siue poseit.

Nempe

Nempe ista plausus conciliat tibi,
Instructa belli pacis & artibus

Virtus, atrocem quæ furorem

Consilij moderatur aptis.

Hæc te volucris tollit in aëra

Pennâ altiorem cælibus infimis,

Hæc vindicabit dente ab atro

Inuidiæ vicibusq; sortis.

Viden virenti tempora laurea

Vt iam reuinxit? quam neq; frigora

Hyberna carpant, nec vetustas

Deteriore notâ coloret.

Iam nec requiret, quos sibi principes

Optet, valentes consilio, & manu

Polona tellus, victor ô Rex,

Freta tuis animis & armis.

Et iam, priores, (fulsit vbi tuus

Vultus) resumit viuida spiritus,

Spe faustitatis recreata,

Nec veterum meminicit malorum.

Qua.

Quaq; ante caelos attigerat prope
Fama, stupebit se super aethera
Tolli, & recenti laude rursum
Crescere, perq; vagum ire mundum.

Quacunq; ferro protulit imperi
Fines Polonus, nunc etiam super
Boristhenem captam Smolenam
Marte graui generosus arce.

Vix ipse quamuis cernit ab hostibus
Moschus teneri praesidio graui,
Credidit Smolenscum vi obtineri
Sarmatici potuisse Martis.

Strictusq; vinculis, & posito minor
Fastu, Polonum dederit impio
Collo iugum, victoris & se
Totus ad arbitrium refingit.

Quin ipse flexis vorticibus fluens
Cursu retorto refluus, & gemens
Boristhenes, famam Smolena
Deuocat Oceano ruinae.

N

Riphae

Riphæa canis & niuibus iuga,
Densata flammæ aëre in algido,
Vidère Mosquanâ & fauillâ
In tenebras abiisse solem.
Et vos Casam, & quæ mare Caspium
Gentes tenetis, barbara nomina,
Circassi, & Astracan, tyrannos
Ferre iugum impositum videris.
Sensit tyrannus, qui latebram sibi
Impar lacertis claustra per abdita
Quærens gerit sceptris, & altis
Imperijs animos minores.
Et iam triumpho Sarmatico parat
Crudos lacertos, collaq; turpia
Spectaculum non ante visum,
Climate Lechiaco futurus.
Nempe hæc Poloni gloria Regis est,
Seu Marte poscas, sine togâ magis,
Et esse maiorem secundis,
Et trepidis animo valentem.

Hoc

Hoc nil Triones septem animosius
Vident, nec orbis, quem celer alluit
Ister, vel Arctois serenat
Oceanus gelidus pruinis.

POLONIA REGIS VO VOTVM

Quid meo Regi voueam secundi?
Perfidum postquam iuga ferre Moschum
Æmulâ virtute coegit, et se
Ferre minorem?

Qui ferox stultis opibus, Triones
Iam spei prædam cupidæ parabat;
Ni Sigismundo Superi annuissent
Ricè triumphum.

An quod auratâ Salomon cruorem
Cernuus fundens paterâ precatus,
Et super regno nebulis opertus
Pauca rogauit?

Anquod ad tristes abiturus vmbra;
Liberis Iacob (sibi iusta solui
Dum cupit) concussam agitante mentem
Pneumate vouit?

Scilicet sæuas sua fræna gentes
Vt pati cogat, positoq; ferro
Optimus Lechos magis obsequentes
Rex sibi cernat.

Imperet terris, pelagoq; iura
Ponat, vt responsa petant polona
Barbari Reges, glaciale circum
Æquor agentes.

Quæ sub Arctoo plaga cruda cælo
Alget, æstiuisq; caret Fauonîs,
Quam Scythes circum agmina sæua flectit,
Pareat vni.

Legibus ciues studeant auitis,
Fimbis compressa suis libibo
Publicis cedat, violenta rebus
Iuraq; seruet.

Regium

Regium nomen reuerenter actis
Iurgijs clemens habeat Polonus.
Turpe, honorandum caput ipsa quando
Membra lacescunt.

Lora Moschorum metuant Tyranni,
Liberos inuictus amor decebit,
Instar est lechi quibus imperantùm
Sceptra pauere.

Nullius virtus cupida est, honores
Præter, & sordes cauet obsoleti
Aëris, hæc soluis erit beatæ
Laudis auara,

Scilicet fulgorem eget inter auri,
Quisquis ingentes animos domare
Nescit, hic seruit sua cui voluptas
Vincula necitat.

Dij tibi partis sapienter vti
Victor ô Sismunde dabunt trophæis.
Exiñ afflictus meliora Lechus
Sêcla videbit.

Ritè

Ritè sic Diuis pia plebs litabit,
Semper & statis operata sacris
Sancta mystarum pietas supernam

Lenierit am.

Litibus paucis rabies forensis
Perstrepet, nam pace simul sequestrá'
Iurgium ad limen dirimens amicus

Ponere coget.

Ibit armorum feritas in hostem,
Non sacros insana thoros libido
Polluet, non in tenuem potentis

Sæuiet ira.

At tibi faustos Deus addat annos,
Atq; honorato senio vigorem,
Cum tuis plebe auspicijs regenda


Genteq; Lechi.

DEDICATORIVM

HÆc tibi de viridi Musæ sua munera Pindo
Mittunt, Pyndaricâ, Rex celebrande, lyrá'.

Ipsc

Ipsæ verecundam fertis tibi cingit Appollo
Frontem, quæ dextrâ texuit ipse suâ,
Est mea Musa tuis fateor, virtutibus impar,
Moraq; Castalidûm pollice plectra leui:
Nec tacuisse tamen potui, dum publico plausu
Compita solenni, te veniente sonant.
Ne lateant, te Rex, animi in te symbola nostri,
His inclusa vides qualiacunq; metris.
Accipe, nam voluisse sat est, si parua per æquor
Vela damus, studij hæc prouehet aura tui.



ERRATA SIC CORRIGE.

Folio A. columna 1. versu 14 lege difficillimum.

Fol. B. Col. 3 ver. 9. lege erant.

Fol. B Col. 8. ver. 8. lege serica ephippia.

Fol C. col. 2. ver. 8. lege transfixum stipite.

Fol. C. col 2. ver. 9. lege vomens.

Fol. D. col. 5. in arcu triumphali, lege solisq.

Fol. D. col: 8. ver. 15. lege. trophaa

Fol. E. col. 3. ver. 10. lege phalanx causa.

Fol. E. col. 5. ver. 2. lege innoua.

Fol. H. col. 8. ver. 1. lege prouenit aruis.)

Fol. M. col. 3. ver. 20. lege ferax.

Fol. M. col. 8 ver. 10. lege vt iam

Fol. M. col. 8. ver. 13. lege iam nec

Fol. N. col. 2. ver. 5. lege Casani.

Fol. N. col. 4. ver. 18. lege libido


Fol. N. col. 5. ver. 11. lege solius.


Fol. N. col. 7. ver. 1. lege Apollo.



8133
2

N





13383

8133

0

